



1794 nr. 4ba identisch mit 4c
" 4bb " " 4d
" 4f ist fälschlich hinter 4g ein -
gebrannt.

6a
6b
6c
6d

1795

1. Hommel, Christianus Möllib: Ord. iuris bii. ... documens:
lectio benevoli s.p. dict. (ad Bispitacionem Petri et Alberti
Schmittis instab.) Exponendar. Baccalaurei de jure ecclesiae
Iustitiae singularibus in mutuo.
2. Kollegsch, Iosephus Georgius Cratulus: Utrum photographica scriptorae
interpretatio, quam commentarii Kantius, admissa possit
in explicanda N.T.
3. Kuegelius, Ernestus Josephus Christianus: Rege commissaria
speciatione poescriptiorum actionum in causa datarum
4. Holenkau, Ernestus Fridericus: De iuris, quantum et ad quae
processus licet in terris Electri Saxoniae subjectis.
5. Stuhel, Christophorus Cratulus: De iustitia praevarum capi-
tulam, quae in Saxonia ultimata.
6. Stuhel, [Stuhel!], Christophorus Cratulus: De iure literorum
magistrorum successori in seculatore, bonorum patrimonium
secundum Saxoniae leges, artem patricianam, et usum fons
Saxoniae.
6a Tidius. 6b Tidius,
6c Tidius - Neumann
6d Tidius - Seelburg

1. Triller, Carolus Fridericus: Observacionum topacius
illustratio que pluribus ex placitis iuris naturae recte
ad timendis specimen 6.
2. Herm. Tropfes, Thullius: 074. j.m. . . Decimus: Lectori
benemodo salutem (et) deputacionem ~~iam~~ (magistri) Fratres
Prestremoniorum intenta.)
3. Herm. Tropfes, Thullius: 034. j.m. . . Decimus: (et)
Deputacionem ~~iam~~ (magistri) Petri Silomonis Zedarii intenta)
4. Herm. Tropfes, Thullius: Discretatio, sive que dignissimorum: de
ex legibus Sacrae Scripturae, fructibus industriis, maxima labore
parte peracti; semper suspictrario cestant.
5. Wiesandus, Georgius Stephanus: De ritu iuramenti maxima salutata
vel pectori imponita.
6. Wiesandus, Georgius Stephanus: Rerum forensium quatuor
Poculis contactis a forenibus factis ut vallida.
7. Zedariae, Carolus Silenus: Origines constitutorum, quae in
imperio sacro Romano - Germanico celebrantur.

1ab Chodins 1^oa Boehmer

1796.

1. Hommelin, Christianus Gottlieb: De paene ciso, qui ex
mandato est, iuris deliquit. 1^o Kreysig 1^o Boehmer

1^o Kreysig 1^o Kreysig 1^o Kreysig 1^o Kreysig

2. Thalberg, James Augustus Hieronymus: De substantiatione

2^o Observat. huc ex principiis iuriis Iurisprud.

2. Thalberg

3. Wiesenthein, Georgius Stephanus: Ord. ius . . . Tocamus: loc.

Iuriis Generali solutio / ad Republikorum iurium. Prost.
Gottlieb Brügel, instal.

4. Wiesenthein, Georgius Stephanus: Disceptationes iuriis

5. Wiesenthein, Georgius Stephanus: De usu et effectu processus
prosecutionis; 1797 1^o Boehmer, Georgius Randolphus: De plantis
monodelphicis praesertim a Caranillas dispositis.

1797, 1^o Hoffmann

6. Hünigen, Great Fredericus Christopherus: De iure sociorum
crenulatis latis armatae contra Anglos.

2. Kleugel, Ernestus Gouffier: Collegii iuris Sacri . . . et Tocamus:

1. b.o./ ad Republikorum iurium. Gottlieb Brügel. Christopherus.

Ingenrich instal) Inst: Iudex mortuorum publicus

2^o Kluegel

2^o Kluegel - Ronet

3. Zachariae, Carolus Salomon : tractatus iustitiae & fidei
sive acquisitio sine rebus prohibeat?

7. Zachariae, Carolus Salomon : de libertate Romana et civi-
tatis Germaniae ab eo concessa.

DE
VERISIMILLIMA LIBRVM IONAE INTER-
PRETANDI RATIONE.

DISPVATATIO POSTERIOR

QVAM

EX AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

HENRICO CHRISTOPHORO
GRIESSDORFIO

AA. LL. M. ET PHILOSOPHIAE DOCTORE

HORIS POMERIDIANIS

ERVDITORVM EXAMINI PVBLICO SVBIICIET

RESPONDENS

CONRADVS THEODORVS GRVENDLERVS

I V R . V T R . S T V D .

VITEBERGAE,
LITERIS TZSCHIEDRICH EI.

VERISIMILIA THERM. IOZAN. INTER
PRACTICAE RATIONE

INSTRUMENTA MEDICO-PRACTICA

1612

ET ALIAS INSTRUMENTA MEDICO-PRACTICA

ALIAS

HENRICO CHRISTOPHORO
GRIBESDORFI

ET ALIAS INSTRUMENTA MEDICO-PRACTICA

HOUSI FORTERPHANTIS

ALIAS INSTRUMENTA MEDICO-PRACTICA

ALIAS

CONRADUS THOMAS SVABENICUS

ALIAS

ALIAS

ALIAS INSTRUMENTA MEDICO-PRACTICA

Difficultates supra indicatae, quae quosdam, ut fabulam in libro Iona inuenirent, mouerunt: aliis de diuerso explicationis modo cogitandi studium iniecerunt; idque iam exemplis quibusdam illustrabimus. THADDAEVS V. S. R., librum Iona rem vere gestam complecti, credere non dubitauit,^{a)} eamque ita enarrat: Ionas, a Iona iussus, Niniuitas monere, ut sceleribus pristinis atque libidinibus remitterent nuncium, non paruit, sed nauem confundit, qua fracta, in columnis modo quoconque seruatus est. Detractionis cum eum pœnituissest, Niniuen profectus, eius ciues meliora edocuit: quorum moribus emendatis, tota ciuitas seruata est. Hac Niniuitarum emendatione minus contentus, quia dignitatem suam depressam putabat, propheta a Deo in viam reductus est. Qua quidem ratione admissa, pauca restant ad historiam veram referenda, plurimis ab hoc viro docto pro fictione habitis. At, hunc librum si lo poëtico esse elaboratum, nobis persuadere haud possumus, ut iam in priori dissertatione ^{b)} admonuimus. Vbiique res narratur planissime; deinde quaeri potest, quanam ratione illa figura de pisce et de ricino nata sint? In traditione quavis veri quicquam fundamenti loco ponitur, quod variis variorum narrationibus vel auctum, vel minutum, vel transmutatum est, ita tamen, ut verum inde perluceat. Ionas quidem e naufragio liberatus dicitur, sed traditio etiam modum, quo seruatus est, definit singularem, quia non cuius naufragus ope pisces liberatus esse dici potest. Eadem etiam ad ricinum referri debent. Nonnullae vero

D 2

explica-

a) *Sendungsgeschichte des Propheten Iona, kritisch untersucht und von Widersprüchen gerettet*, Bonn 1786. b) §. 14.

explicationes eorum, qui statuunt, librum Ionae continere historiam, ita comparatae sunt, ut eae assumi minime possint. HERMANNVS VON DER HARDT, cuius explicationes quasdam supra c) consideravimus, etiam, EICHHORNIO teste, d) sub illo pisce *deuerforium*, in mari situm, intellexit, et si tunc temporis nondum fuere deuerforia publica. BAHRDTIVS, Vir Famosissimus, e) Ionae in pisce commorationem triduanam hac versione emolliuit: *Dreymal fuhr das Meerungeheuer mit ihm hinab zur Nacht des Abgrunds: und dreymal brachte es ihn wieder herauf ans Tageslicht, und das drittemahl warf es ihm an das Ufer.* Sed quis est, qui temeritatem huius interpretationis non videat? Haec est neque versio, neque circumlocutio. Propius ad verum videtur accedere ea, quam LESSIVS, Theologus summus, f) suppeditauit, opinio. Hic docnit, hanc narrationem generis narrandi, temporibus antiquissimis visitati, notas prae se ferre. At enim vero recentiori tempore de illis notis, tempora antiquissima sapientibus, vehementer disceptatum est, g) et, nisi nos omnia fallunt, genus dicendi historicum, quanto propius primis tempestatibus, tanto planius erat. Aliter res se habet, dum vetustas rerum, in facto positarum, imaginem illuminat, aliter, dum simpliciter narrat. Aliud est, figuram hieroglyphicas soluere, aliud meram historiam transcribere. Historia Ionae est mera narratio, ab omni ornatu aliena, propterea proprie intelligenda. E filo veterum allegorico probari posse, illum pisces *Nauim* cum pisces signo fuisse, LESSIVS arbitratur. Superfluum foret, ea, quae MICHAELIS, h) EICHHORNIVS, i) GRIMMIVS k) huic sententiae oppofuere,

c) §. 7. d) l.c. §. 375. e) in der kl. Bibel. f) von dem histör. Sitz des
hohen Alterth. Abb. 4. t. 1. p. 161. g) cf. §. 5. h) l.c. i) l.l. k) l.l.

suere, hic repetere. Omnes vero hi viri consentiunt, non fieri solere, vt, procella in mari orta, nauis nauis ita appropinquet, vt quem, in mare proiectum, recipere possit; nam verendum esse, ne frangatur: neque genus scribendi historicum allegoriam admittere adeo audacem. Sed neque grammaticam fauere huic interpretationi, illi rerum satis periti viri docuerunt, quia לְוַיָּהּ articulum הַ praefixum non habet. Ex his, LESSIANAM minus aptam esse explicationem, clarissime appetet. Alio modo ex his difficultatibus feneret GRIMMIVS expedire conatus est. Modum, quo rem totam animo suo proposuerit, paucis indicabimus. ^D Ionas ad proficiscendum Niniuen et adhortandos eius ciues ad vitam meliorem ineundam senier excitatum sensit. Attamen simul varias difficultates superandas, multos labores subeundos et hominum, omnibus sceleribus indulgentium, contumaciam metuendam, animo revolut: quae omnia, vt longum iter maritimum suscipiendo hunc internum impulsum fugeret, eum mouerunt. Quia in nauigatione procella exorta ei metum incussum. Cum vero, vt fit subinde, anxietatem somnus sequeretur, Ionas in naui interiori obdormiuit. Meditatio de eo, quod ausus erat, somnium peperit, quod a cap. I, 6. ad Cap. III, 21. usque describitur. Quibus admisis, Ionas a pisce non vere deglutitus, sed hoc somnianti accidere visum est. Nihilo minus tamen hoc somnium eum promptum ad iter, quod Niniuen dicit, continuandum reddidit. Postquam illuc venerat, ad animum emendandum incolas adhortatus est, adiecit minis de vrbe, nisi eorum mores corrigerentur, interitura. Quibus minis euentu nequaquam respondente, Ionas succensuit. Denique, repetita de ea re cogitatione,

D 3

sibi

^D Ionas p. 61 sqq. 92 sqq.

sibi persuasit, suum iter Ninius ciuibus salutare suisse, et sic animum turbatum sedauit. Huic explicationi, quamquam ingeniosae, multa opponi possunt. EICHHORNIUS, qui huius quoque opinionis mentionem iniecit, ostendit,^{m)} ne vnam quidem somnii notam his locis inesse. Argumentum quidem praecipuum nititur Cap. I, 5. voce דָּרְםָן dormiuit. Quia igitur Jonas dormiuisse dicitur, vir doctus putat, sequentia pro somnio esse habenda. At vero, quoties in oraculis diuinis somnia narrantur, toties fere additur vel בְּלֹרֶבֶת vel נַאֲצָרֶת וְנַאֲצָרֶת.ⁿ⁾ Nihil autem tale, nostro loco appositum, legimus. Nequeres huic historiae minima inserta est, quae designet somnum. Omnia historice esse sumenda, ostendit etiam PIPER in Dissertatione, Historiam Ionaë a coenatis recentiorum vindicatam, sislente: verum cum ne eam quidem dissertationem videndi nobis copia sit facta, eius summam indicare nequimus. HESSIVS^{o)} proprie quidem hanc historiam interpretatus est. Existimat vero, eam esse *symbolicam*, i. e. talim, quae historiam, doctrinam et prophetiam vna continet. Tunc videlicet, Icum Israelitae cultu alienorum deorum poenam exilii mox

fubeun-

^{m)} I. 1. n) v. c. Gen. XXVIII, 12. Matth. I, 20. Ut auctor argumentum suum stabiliret, prouocauit inter cetera ad Gen. XXXII, 24. vbi Iacobi lucta cum Deo narratur. MICHAELIS, per somnium id factum esse, opinatur, et GRIMMIVS cum eo facit. Quoniam vero Moses alibi historiam a somnio accurate distinguit, v. c. Gen. XXXVII, 8. 9. XL, 5. XLI, 1. dubium est, an h. l. narretur somnum. Huc accedit, etiam somnium non admissio, hunc locum intelligi posse, praefertim, si meminerimus, saepius somnium Deum ad hominum imbecillitatem demissile. Possumus tamen sumere, hic, ut Ies. VI, 1. describi visionem, vigilanti oblatam, siquidem ea durante, Iacobi femur ita potuit commoueri, ut eius acetabulum luxaretur. o) *Geschichte Iuda und Israels*, Bd. I. Buch V. cap. 5.

fubeundi merentur, prophetasque nihil facerent, Ionas in idolatricam ciuitatem missus est. Cum vero Deo non pareret, a pisce deglutitus, postea tamen euomitus est in terram, quod miraculum ei quasi viam inuiuit ad animos Niniuitarum. Nam huius rei nuntius ad regnum Assyriacum esse perlatus ac Ionae fidem fecisse apud Assyrios, Hessio videtur. Ionam sua quasi sepultura per tres dies totidemque noctes Niniuitis σημεῖον factum esse, ait. Porro adiicit: Eum, veritum, ne honorem prophetae, rerum, quas ecineras, euentu fulsum, perderet, a Deo instruētum esse, seruationi populi, a vero Deo alieni, condonandam gloriolam, quam captaret: Deo esse dignus, aliis parcere, quam eos perdere, ac ipsum habere, quod gaudet potius, quam quod doleat. Ex his sensum praeccipuum hunc eruit: Seruari quoque gentiles per Deum populi Israelitici. Id, quod postea fusius Iesaias docuerit, hac in historia latere ait, et hoc fieri vaticinium propterea, quod doceat, Iouam sua beneficia non solum Israelitis, sed etiam gentibus exteris, quas esset beatus, esse praesititum. Tandem admonet, lectorem, nondum vinculo opinionum praedicatarum obstrictum, de eo cogitaturum, quod postea Iesu, Iona multo maiori, ad gentes beandas misso, acciderit. Nisi notio *historiae symbolicae* esset nimis arbitria, si sumeretur, Ionam per tres dies in ventre ceti inclusum esse, pauca essent, quae nobis displicerent. Sed etiam hoc exemplum docet, vauumquemque fere interpretum rem, hac narratione comprehensam, alia ratione fibi singere.

§. 16. Quoniam autem nos proprius ad nostram de hac histrio sententiam peruenimus, liceat nobis causas, quae nos ad histriam in hoc libro assumendam proclives reddiderint, exponere. Iam in

in dissertatione priori quasdam rationes, e quibus appareret, hanc historiam non esse fabulam, attulimus,^{p)} sed haec non sufficiunt. Causas ergo, quibus adducti, credimus, libro Iona veram inesse narrationem, has esse censemus. Prima posita est in Iudeorum explicacionibus, totum librum historicum, non parabolice, intelligentium: altera in Iesu ipius pro re gesta faciente testimonio: tertia in leuitate argumentorum, quae hanc historiam putare vetent. Primam vero causam non ita accipi volumus, quasi per se ad probandam nostram rem magnum faceret momentum. Nos non fugit, plurimas fuisse inde ab antiquissimis temporibus explicationes, veras habitas, quas postea exacter interpretandi subtilitas falsas condemnauit. Propterea illa causam probandi nanciscitur demum ex eo, quod hic res tractatur historica, quae etiam in aliis Hebraeorum monumentis historicis scripta extare potuit, et si ea nobis temporis iniuria eripuit. Cui rationi velim tantum pretii statui, quantum v. c. Graecis, aut Romanis historicis ac Scholia stis libenter tribuere solemus. Sic TARGUMIONATHANIS nostram historiam veram esse, declarauit:^{q)}

תְּהִלָּת דָּלוֹת לְאַשְׁקָנָה
וְתְּנוּנוֹת מֶלֶכְמִין אֲחֵנָבִי עַלָּה וּוֹנָה בֶּרֶתִי נְבוֹא רַמְגָה חָפֶר

Vaticinium calicis maledictionis ad propinandum Niniuac, contra quam primum vaticinatus est Ionas, filius Amithai e Gath Chapher, Iosephus^{r)} similiter hanc narrationem pro vera historia habuit. Et hic multae fidei historicus nonnulla aliter narravit, data forsitan ei harum mutationum ansa in aliis scriptis. Sic vaticinium in vniuersum narravit, fore, ut, nisi emendarentur, Asiae principatum amitterent.^{s)} De narratione de pisce dubitauisse quoque videtur, inferit enim λόγος, aiunt.

Ex

p) §. 14. q) Targum Ionathanis in Naum. ab in. r) Antiqu. Iud. IX, 10, 2.

s) ὡς μετ' ἐλύγων πάνυ χρέων ἀποβαλλόν τὴν σέχσιν τῆς Ἀσίας.

Ex his videre est, Iosephum diligenter totam rem perpendisse. Quid
ni testimonia eius fidem habeamus? sed etiam paulo recentiores in-
terpretes, v. c. HIERONYMVS, AVGSTINVS, THEOPHILACTVS, THEO-
DORETVS, aliique hanc historiam aliter accipere dubitauerunt. Quia
ea vel a Iudacis vel Christianis Muhamedo tradita videtur. CORANO
enim ^{t)} Muhamedus inseruit haec: „Et certo erat inter missos, sed
aufigit ad nauem mercatoriam. ^{w)} Et fortis iecerunt [nautae] et ipse
erat inter eos, ad quos cecidit: eum deglutiuit piscis, v) quia erat reus,
dum non laudavit [Deum] cum ceteris. ^{w)} Et certe manifiser ad diem
resurrectionis usque in piscis ventre, sed eum in littus eieccimus, et erat
aegrotus, sed super eum arborem cucurbitae produximus. Tunc eum
misimus ad centies millia, [ciuitum Niniuos,] aut ad plures, et credide-
runt, propterea illis pepercimus.“ Haecenus Mvhamedvs: haec vero
وَالْمُنْجَدِلُونَ مُهَاجِرُونَ إِذَا هُمْ يَرَوْنَ الْأَقْبَارَ
^{t)} Sur. XXXVII, v. 139: 148.
^{v)} شَوَّافُونَ MARACCIVS veritatem implatam, quae Arabibus est onusta re-
bus mercatoriis, i. e. mercatoria. ^{v)} حَوْتٌ etiam in versione Ionae
occurrit, graeco Κέρας respondens. ^{w)} ad id, quod Ionas Iouam in-
vocare solebat, alludere videtur. Tota Muhamedi narratio ita exhi-
betur, ut eam ex aliis audire potuerat. Sed Corani Scholiaстae eam
pro suo ingenuo amplius exornauerunt. Sic, quem supra laudauimus,
ISMAEL EBN - ALY (vid. MARACC. l. 1. p. 332.) totam historiam hunc
fere in modum depraedauit. Cum Niniuen profecturus esset Ionas, in
ripa Tigris submersus est natu maior filius, et minorem lupus arripiuit;
demum neque vidit uxorem. Niniuitae eum fustibus, lapidibus et
iniuriis exceperunt. Ionas autem nullam poenam quam minatus erat,
videns, indignabundus est regreslus. Nauis, quam consenderat, im-
mota stetit, et eum Naucratus in mare proiecit. Sed taeder, omnes has
nugas describere. Has vero eo consilio descripsimus, ut tirones modum,
quo in enarrandis historiis biblicis Muhamedani sibi sint, perspicerent.

obiter adieciimus. Sed tamen, quia haec causa ad hanc rem diuidendam non magnum facere potest momentum, ad eam transeamus quae repetita est ex eo, quod Christus historice locum nostrum intellectus. Loci, in quibus haec historia memoratur, sunt hi: Matth. XII, 39-41. Cap. XVI, 4. Luc. XI, 29. 30. In quibus omnibus Iudeorum proceres a Iesu postulant, ut se esse Messiam, miraculo, in coelis edito, ipsis plane persuadeat. Iesus, perspecta eorum, sive prauitate, sive curiositate, tali documento illis opus esse, negat, contendens, olim sibi tale quicquam euenterum, quale configerit Ionae, qui εἰ νοιλία τῇ μήτρᾳ τρέψη ημέρας, καὶ τρέψη νύκτας fuerit: nam sepe per totidem dies sub terra commoraturum. Ex his, Iesum ad demonstrandam excellentiam suam, ad redditum suum in vitam prouocare; ita tamen, ut eum non perspicue, sed per imaginem et comparationem praedicat, luculenter videmus. Sed idem historiam Ionae etiam aequalibus suis accommodat; non enim ignorans, tunc, cum mortis vinculis solutis, reuicturus esset, doctrinae suae, solam emendationem animi spectanti, nullam fidem aequales suos esse habituros, Niniuitas, dicit, Ionae doctrina correctos, contra eos, qui se, doctorem Ionam longe praeflantiorem, suamque religionem spreturi essent, aliquando tempore iudicii extremi testimonium laturos. Ex his non temere colligitur, Iesum, hanc veram historiam esse, existimauisse. Plerique etiam interpres Ionae concedunt, hanc libri partem traditione nixam fuisse, v. c. MULLERVS. MICHAELIS vero ratio vehementer improbanda est. Nobis enim nullum exemplum luculentum in promptu est, ex quo discere possumus, in scriptura sacra ad fabulas, ut ad res vere gestas, prouocari. Quis igitur putet, Iesum hoc fecisse? Praeterea

terea res, vere facta, qualis erat redditus Iesu in vitam cum re, quam quis per somnum vidit, omnium minime conferri potest. Propterea non licet dubitare, Christi testimonio cuinci, hanc veram esse historiam. Quam ob rem statim ad causam ultimam transeamus, quae e libro Iona ipsò repetita est. In eo ipsò scilicet nihil offendimus, quod cum historia vera pugnet. Primum quidem si fabula esset, genere dicendi poëtico liber nosler consignandus fuisset. Sed silus plane historicus et simplicissimus meram historiam prodit. Deinde, vti, in dissertatione priori nos ostendisse, speramus, ^{x)} difficultates, quae alios interpres ad fabulam assumendam mouerunt, non sunt eiusmodi, vt rem conficiant. Sed haec omnia manifestiora euident, si ipsam historiam, vti eam animo concepinus, enarrauerimus, verborum difficultiorum addita explanatione.

§. 17. Ionas a Deo mandatum accepit, vt Niniuen ^{y)} tenderet, ibique populum ad vitam moresque corrigendos adhortaretur. Sed propheta, huius semet mandati exsequendi necessitatem subtersugere posse, ratus, si discederet ex patria, vbi Iouae maiestas quasi sedem suam fixisset, ^{z)} nauis Tartessum ^{v)} abire constituit. Sed magna tem-

E 2

pestate

x) §. 14. ^{y)} נַנְיָן. Occurrit haec vrbs iam Gen. X, 11. sita in Tigris ripa orientali. Magna vrbs fuit, v. STRABO, lib. XVI, qui eam Babylone maiorem dicit. Νίνος πόλις μείζων ἢ τῆς βαθύτερης. Hodie vicus *Nunia* in illius loco est. ^{z)} Etiam recentiores Iudaei efficaciam diuinam **שְׁכִינָה** Palaestinae limitibus quasi circumscribi, existimant; confr. LIGHTFOOTI Hor. Hebr. p. 8. ^{v)} תְּרֵשֶׁת era Phoenicum colonia in Hispania Baetica, vti BOCHARTVS in Geogr. Lib. III. cap. 7. et MICHAELIS in Spicileg. Geog. Hebr. exterae pag. 82. probarunt: nam **תְּרֵשֶׁת** a Palaestina remota erat, et argentum, aurum et alia inde effere-

pestate orta, nauis frangi visa est. Veteres vero,^{b)} quia tempestatem eiusmodi putarunt, esse indicium, Deum, vtorem, persequi improbum, nautae ad nauem leuiores reddendam^{c)} merces et alias res in mare proiecerunt, Deos suos implorarunt, et Ionam, ex sonno suo excitatum, monuerunt,^{d)} vt pro auertenda procella Deum suum inuocaret. Sed, his frustra tentatis, consenserunt, sortibus coniiciendis reum esse detegendum. Sors vero duxit Ionam designauit. Hic, culpam suam confessus, lubenter poenae, consuetae fortassis, certe meritate, se subiecit. Etsi hi homines, itineribus saepius repetitis, ad comitatem atque humanitatem afluxi, Ionam feruare, quam occidere malebant. Iosephus tamen aliam huius rei rationem protulit: Κηλυντες, inquiens, αποβημα ειναι ζενον ανθρωπον και πεπιστευκοτοι ουτοις το ζην, εις φαινεται ουτως απωλειαν εγεκριοι. Sed mare **הוֹלָה** ו **סְתַר** magisque fluctuabatur: etenim **הוֹלָה** additum alii verbo, indicat incrementum, v. c. Prou. IV, 18. LXX explicuerunt per **μάλλον**. Tum igitur Ionam e naui eictere coacti sibi videbantur, precibus antea ad Iouam factis, vt sibi condonaret hanc caedem viri innocentis. **נְקִיָּה** est forma chaldaica in statu emphatico, sed PAULVS probare f) studuit, **א** appositum, indicare, radice esse **אֲנָז** euomere: hic etiam statuit, esse vocem Phoeniciam, cum tamen apud Arabes inueniatur **سَبِينَة** nauis, nec causa adsit, cur ad hanc linguam configuimus, cuius reliquiae quaedam apud PLAVTVM occurruunt. Iona electo, procella furere desit, et hi homines sacrificia eucharistica obtulerunt.

Hoc efferebantur Ier. X, 9. 1. Reg. X, 22. quod de Tarso, Apostoli Pauli patria, Ciliciae vrbe, non valet: tamen multi h. l. Ciliciae, Iosepho praeente l. c., vrbel intellexerunt. Alii Carthaginem, ali Tantum. Paulus vero (v. Memor. St. V. p. 110 sqq.) intelligit, veteres fecutus, Oceanum. Sic nostro loco vertit Ionathan **אַנְזִיָּה** Vulg. m) re Ief. XXIII, 1. Hieronymus affentitur, (vid. not. ad h. l. et ep. ad MARCELLAM) etiam LVTHERVS. Sed tamen ei suffragari vix audemus.
 b) Hom. Od. I, v. 5 sqq. Ad. XXVII, 4. c) **כְּלִימָם**. Quia naues mercatoriae et Palaestina, aliquae regionibus Tarcellum exhibant, inter alia et merces intelligi possunt. d) Alexandrii apposuerunt: **και εγεγένετο** quos Arabs fecutus est. Ante ortum turbinem Ionas descenderat dormitum; propriea dormire in initio procellae potuit. e) l. f) loco supra commemorato.

Hoc in nauī factum, quidam dubitarunt, Ionathanum secuti, qui **אַמְרָה** interpolauit. Sed veteres etiam in nauibus sacrificasse, testatur MICHAELIS. Quid ergo obstat, quo minus haec tenus narrata historice intelligamus? Vtrum fortitio? sed veteres cum dubii haererent, per sortes rem decernere solebant; g) an id, quod Ionam designauit? sed quis neget, hoc factum esse, diuina prouidentia rem gubernante; quippe in cuius potestate etiam Sors sit posita. Prov. XVI, 33.

§. 18. Ioua curat, vt magnus pīscis eum deuoret, eique in ventre per tres dies totidemque noctes praebeat hospitium, (nimurum sic vulgo intellectus est hic locus.) Hic de illo pīscis ante omnia quaerendum est. Veteres ob significatum consuetum et vulgarem vocis **מִנְטוֹס balaenam** semper intellexerunt; sed, forma et structura huius animalis diligentius perquisita, inventum est, balaenam ad deglutiendum integrum hominem ob faucium angustiam minus esse aptam. Bochartus ergo in Hierozoico, Carchariam indicari, probauit; sed hanc sententiam accuratori trutina ponderandam censuit THEODORVS HASEVS^{h)} in libro non sine eleganti doctrina scripto de Leuiathan et ceto Ionae, cuius caput primum et ultimum rem nostram tangit. Hic orcaīn (*Pottfisch*) intellexit, et quidem adductus his rationibus: primo Carcharias est pīscis mediocreis, sed hic in hebreico nominatur **לוֹטָן**. Deinde cetus semper designat genus balaenarum et ab aliis pīscibus distinguitur, cf. v. c. HOM. Od. M. 96. Postremo Ionas queritur, alga implicatam esse capiti suo, atque hic pīscis alga et carne vesci dicitur. Multi de eadem re scripsierunt, v. c. BARINGIVS de ceto Ionae, Bremæ 1689. SIG. AVG. PEEIFERI Dissert. epistolaris apologetica pro stabiliendo themate, balaenam suisle deglutiitorem Ionae, opposita CHR. FRANC. PAVLINI, I. H. MAIO, aliisque Lamiæ propugnatoribus, Lubeccae 1697. Nonnullis, v. c. PETALOSSIO, Med. Doct. Lugduni in Gallia, in Dissertatione (*Jonas dans la baleine*) et CHR. AVG. HEVMANNO in mentem venit, Ionam in gutture balaenæ haesitasse, quam opinionem CHR. GOTTH. WILISCH, Lips. refutauit. Ac profecto miracula miraculis addere, nil iuuat, quia hac ratione nodus dis-

E 3

fecatur,

g) v. LACKEMACHERI Sacr. Antiqq. Graec. p. 555. et MAVRITII Tract. de fortitione veterum, et DRVSIVS in Engl. Crit. ad h.l. h) Brem. 1723. 12.

fecatur, non soluitur. Ope pisces Ionam liberatum esse, docet historia. Nimirum, Ioua curauit, vt, Iona vix e naui eiecto, pisces paulo ante occisi cadauer adnataret, in cuius ventre, a carcharia, vel alio monstro marino aperto, propheta tutius latere poterat, quam in tabula arrepta. Quodsi haec sententia vera sit, quaeſtiones, qualis hic pisces fuerit, quomodo homo per tres dies viuere posſit in ventre eiusmodi monſtri, euaneſcent ipſae. Quam hypothefiſin primus docuit ANTONIVS Vir Cel. i) PAVLVS k) tamen veretur, ne pisces mortuus demergatur. At pisces et animalia marina eam grauitatem ſpecificam habent, quae ad corpora eorum in aqua marina fufinenda ſufficiat. Atque balaenas, et quae ad hoc genus pertinent, monſtre marina, ſimil ac mortua ſint, aequore innatare, conſtat. Hanc vero ſententiam et explicationem eo ſubentius arripiūmus, quia, ea aſſumpta, miraculum veteribus interpretibus inuentum, euaneſcit, hiſtoria non detorta in fabulam. Haec enim primaria erat cauſa, ob quam lectors, et comenſatores a vulgari opinione abhorruerunt. Ne autem videamur ali- quid contendiſſe, quod non rite probari queat, huius ſententiae demonſtranda faciamus periculum. Tota vero argumentatio eo redit, vt oſten- damus, eam cum verbis hebraicis congruere. בְּלֹא est quidem deglu- tiuit, fed, si hoc verbum cum arabico **ذَلِعْ** conferamus, etiam perue- niendi et appropinquandi notiones accipit. Haec vis vero ab interpre- tibus ſaepius neglecta eſt. Sensus noſtro loco eſt conuenientiſſimus; et inde patet, opinionem, quam praetulimus, ANTONIVM fecuti, ve- riſimilem eſe. מַעֲמִים non tantum intestina, quae vulgo dicuntur, fed interiores animalis partes omnes, vti Aramaeorum **לְאָמֵן** et Graecorum **κοιλία** denotat [Κοιλία (vti explicat OLYMPIODORVS in Cat. ad Iob.) ἐλὸν τὸ ἔντες χάριον νοήσαντην τὴν ψυχὴν σημαίνει.] Vi- tima reſtat quaeſtio, quomodo ſcilicet, si Jonas, viribus recuperatis, e pice mortuo exierit, is dici posſit prophetam euomuſſe. Potest responderi, his verbis indicati, eum vna cum monſtri cadauere in ter- ram eſſe eiectum. Sed forte etiam hic nodus, lingua quadam Semiti- ca in auxilium vocanda, ſolui poſſit. Nam verbum قُوَّى in Conj. 4. ſignificat, Golio teſte: deſcedit (in terram defertam,) viuē noſtrum **نَيْر** vteui-

i) Neuēs Repertor. T. 3. p. 394. k) 1. c.

vtcunque duci poslit. Versiones veteres, si a vulgata recesseris, verbum hebraicum, non vertunt euomere, sed Graecus, quem sequitur Arabs, id εξέβαλε, eiecit, *Syrus ΔΔΩ* liberauit redditit. Sensus est: Post tres dies Ionam pīcis, postquam ad littus natauerat, incolumem in terram contínenent demisit. Haec explicatio egregie etiam cum Iesu accommodatiōne huius loci ad eius sepulturam conuenit. Ut enīt̄ Ionas per triduum in pīcis illius ventre conditus fuit, tanquam in sepulcro: sic Christus aequē longum tempus in terra sepultus iacebit. Hoc modo omnes difficultates verae nobis sublatae videntur. Accedit, quod in Oda, qua ipse Ionas periculum, in quo versatus est, describit, non significat, s̄ a monstro marino deglūtīt̄ esse.

§. 19. Ea quidem ab omnibus interpretibus elegantissima habetur. Conferantur vero ad sensum eius illustrandum, (auctor enim ipse illorum locorum rationem habuisse videtur,) ad vs. 3. 4. Ps. 42, 8. Ps. 18, 6. 7. ad vs. 5. Ies. XXXVIII, 5. Ceterum GREEN annotationes egregias huic carmini addidit, ¹⁾ quas praefertim, cum breuitati studeamus, hic repetere, nihil attinet. Ionam, periculo ereptum, Niniuen discessisse, et docendo, peccata esse vitanda, hortando ad virtutis studium et minando, post quadraginta dies fore, ut vrbs evertatur, mandatum Dei exēcutum esse, diferte narratur; neque haec narratio est improbabilis, si, ratione illorum temporum a nostris moribus esse diverſissimam, meminerimus. Nos quidem peregrino, qui nostrates ad vitæ emendationem adhortaretur, interitum urbis minitans, fide denegata, eum pro flusto, et dementi homine essemus habituri, quia scimus, facultate res futuras praedicandi aequales omnes esse destinatos. Sed tum, cum Hebreorum vates magni vel ab exteris nationibus ob vaticiniorum certum exitum fierent, eius adhortatio non poterat non magnam vim vel in gentilium animo exferre. In his minis vertendis Cap. III, 5. LXX lectionem valde abhorrentem a textu hebraico, ἐπιτρέψις ἡμέραι expressere, quae certe non vrgeri potest ab iis, qui negant, adeo subitam morum emendationem probabilem esse; nam hanc lectionem suspectam esse, nullus facile critices peritus, dubitabit. Iam HIEROMYMS ad h. l. *Trinus*, ait, *numerus non conuenit poenitentiæ,*

1) Enegee. Commentar über einige poetische Stücke des A. T. Gieß. 1784. p. 266.

tiac, et satis miror, cur ita translatum sit, cum in hebreo nec litterarum, nec syllabarum, nec accentum, nec verbi sit illa communitas. SCHAFENBERGIVS^{m)} putat, a librariis Γ et Μ fuisse permutatum, quia IVST. MARTYR τεστεράκοντα legit, sed SEMLERVS, ὁ πάντωνⁿ⁾ opinatur, librarium Μ et numeri 3 latinum signum III. permutauisse; neque leuis animaduersio THEODORETI ad h. l. est: Διό μοι δοκεῖ τῷ τεστεράκοντα πρίμων αἰλιθεστέρον εἶναι, εινός δὲ κοιτά τεστεράκοντα τριῶν ἀλλοιος. (Aquilae Theodotioni.) τεστεράκοντα τοῦ αἰλιθούν. Τέσσερες τὴν αρχὴν ἐγγένεσιν φαμένους αἱματεῖν περὶ τέτο, εἴτε σύντονα γενέσθαι πάσι τῶν αὐτογένεων τὴν ἔκδοσιν. Quid vero, si LXX οὐ cum καὶ commutauerint? Utinque sit, origo huius lectionis vera non plane perficietur, sed iam sec. 4. Alexandrinos sic legisse, testatur EPHR. SYRVs:ο).

כָּנְבָּנָתָה תְּבִרְבָּדָה נְגַדְּלָה. Post tres dies Ninive subuerteretur, in Graeco dictum. Minae illae non impletæ sunt, quia eas fecuta est emendatio. Ionas (et quis de eo mirabitur, qui honoris nimirum studium nouerit?) trisi animo et fronte rugosa urbe exiit visum, quid ei tandem esset euenturum? Hanc agendi et sententiæ rationem, propheta indignam, Deus ei exprobaturus, ricinum, p) sub quo umbraculum Ionas fecerat, verrem corradiet, et plantam arcieri iubet, in quo et ipso nihil inest, a rerum natura alienum. בְּנֵי לִילָה non verti debet: qui vna nocte adoleuit, sed potius, cuius folia vna nocte ita sunt explicata, ut umbram eidem praebarent, et quem, vna nocte succo exsucto, ventus orientalis noxius perdidit. In his nihil video, quod sapiat fabulam. Certe comparatio urbis magnæ cum ricino potuit Ionam eo adducere, ut intelligeret, turpiter se agere, qui gloriolam saluti tantæ urbis praferat. His si efficerimus, ut lectores intelligent, nos saltem non temere defendisse sententiam eorum, qui statuunt, in libro Ionae contineri historiam satis probabilem, neque hanc variarum opinionum collationem tironibus plane inutilem fore, operae huic dissertationi impensaæ non erit, quod nos poeniteat, si vel maxime sint, qui in meliora nos docere possint.

m) ap. CAPELLVM in Critica sacra, T. II. p. 674. n) Hermeneutische Vorbereitungen, St. II. p. 416. o) v. ASSEMANI Bibl. Orient. T. I. p. 70. T. 3. p. 76. cf. EICHHORNII Introd. T. I. §. 273. p) eius imaginem nobis quoque exhibuit MICHAELIS in fine tom. XI.

vd18

ULB Halle
001 558 609

3



TA-DOL



DE
IBRVM IONAE INTER-
DI RATIONE.

10 POSTERIOR

Q V A M

HORVM ORDINIS AVCTORITATE

E S I D E

CHRISTOPHORO SDORFIO

PHILOSOPHIAE DOCTORE

OMERIDIANIS

MINI PVBLICO SVBIICIET

PONDENS

DORVS GRVENDLERVS

V T R. S T V D.

EBERGAE,
SCHIEDRICH